teriores aliquot morbos, ut sunt, obstrunctiones Epatis. Reum, Colic, in cruditatibus stomachi, suffocat. matrix si umbilicus eo repleatur, magnam vim habet. Postea vitrum obduc luto & per arenam residuum destilla, donec feces aridissimae sunt. Quod primum exit lacte coloris est, & non ingrati odoris, optimum ad vulnera communia. Ultimus vero liquor niger est, & odore gravis, optimus tamen ad ulcerata mala.

#### 84. Bezoar Sophisticum.

*¶. Boli armen. præp. cum spir. Vitrioli, C.C. usci, margarit. præpar. Rad. tormentille, rad. scorzonerae, Sem. acetosæ, sem. card. benedic. Fol. ejusdem, Sal. corallor. Succin. albiss. ana 3 ss. Contrajerv. 3 ss. Camphoræ 3 ii. ss.*

Cum gelatina C.C. cum aqua scorzon. extract. formetur pila ovalis, ex lenissimo calore siccatur, iterque excandum subinde contrectetur digitis inunctis ol. succin. redif. donec in lapideam duritiem concrescat: potest addi.

*Unicornu veri, Bezoar Oriental. Lachrym. Cervian. 3 ii.*

85. Bezoardicum Cervinum Benedictum D. Beraha Herlini, Med. Coburg.

*¶ C.C. phil. præp. 3 iii. Extræct. angelicæ, extræct. card. benedic. extract. Zedoaria ana 3 ii. affund. nostri aceti aleipharm. 3 iv. spiritus sambuc. spir. theriacal. ana 3 ss.*

M. stent simul in digestione vase bene clauso, donec omnis humiditas absumpta sit. Materiam deinde optime exsiccatam subtilissime pulverisa & serva pro usu, quod diuinum penè est in contagiosis & pestilentibus morbis.

*Dosis 3 ss. ad 3 ss.*

86. Bezoarticum Viperinum D. Andr. Cnoffelii.

*¶ Pulv. viperin. ex sola spina seu ossibus nostro more per*

*se absque igne præp.* *Unicorn.* *mineral.* *Terræ sigillat.*  
*Melitens.* *Oculorum cancer.* *ana part.* *æqual.*

*Misce F.* *Pulvis,* qui cum *Essent.* *viperin.* seu solo  
*Decollo viperarum* f. q. *sæpius inebriandus,* & iterum  
per se exsiccandus est. *Jam.*

*Recip.* *Pulo.* *hujus viperin.* *composit.* iii. *Antimonii*  
*diaphoret.* *fuci*  $\frac{1}{2}$  iii. *Essent.* *moschat.* *ambanifat.*  $\varnothing$  ss.

*Et cum Mucilag.* *tragacant.* (per decoct. viperar.  
fact.) f. q. fiat *Matta,* ex qua postea formentur *Glo-*  
*boli* in forma *Terre* *sigillatæ* vel pro lubitū. *Usus iti-*  
*dem est Alexipharmacus.*

*Dosis*  $\varnothing$  ss. *ad*  $\varnothing$  i.

### 87. Bolus ad Necandos pellendosque Lumbricos Zapatæ.

*Recip.* *Sacch.* *rub.* *parum,* *aq.* *comm.* *gutt.* iii. *vel* iv.

*M.* in mortario vitro ad consistentiam mellis, de-  
inde adde *argent.* *vivi*  $\varnothing$  ss. *vel*  $\varnothing$  i. incorporentur si-  
muladdendo *ol.* *amygd.* *dul.* *gutt.* vi. *vel.* vii. *quaæ impre-*  
*diant,* ne *Mercurius* *vivificari possit.* *M.* *omnia* *con-*  
*cumpauca* *Conserua Rosarum* *F.* *Bolus.*

### 88. Bolus ad Vomitum D. Frid. Deckers.

*Recip.* *Conserv.* *menth.* *crisp.*  $\frac{1}{2}$  i. *Theriac.* *opt.*  $\varnothing$  ii.  
*pulv.* *cinam.* *acut.*  $\varnothing$  ss. *balsam.* *Peruv.* *gutt.* iii.

*M. F. Bolus.*

### 89. Cataplasma ad Anginam

*D. Michaelis.*

*Recip.* *Flor.* *malvae*, *Flor.* *lil.* *alb.* *ana* *M.* i. *Ficuum*  
*ping.* *N.* viii. *Rad.* *altheæ*, *rad.* *lil.* *alb.* *ana*  $\frac{1}{2}$  ii. *Sem.*  
*fænigræc.* *sem.* *lini ana*  $\varnothing$  ss. *Nidi* *birund.* *N.* i.

*Coq.* in f. q. *latt.* ad putrilaginem trajiciantur per  
setaceum & add.

*Albi*

*Albi Græci 3. i. noctuæ combust. 3 ii. ol. lil. albor. ol.  
chamomil. ana q. s.*

M. F. Cataplasma.

90. Cataplasma Anodynum D. Cnoffelii.

Recip. *Medul. pan. alb. cum liquore reservato, mus  
caginis aquatice, in formam pultis liquidioris redact.  
15 i. 3. Pulv. fol. nicotian. nostrat. pulv. nymph. ana 3 ii.  
Fl. chamomille, Rad. ulmar, ana 3. i. myrrh. rubr.  
ele. 3. Vitrioli calcin. (ad albed. usque) 3 vi. medull. cassiae  
rec. extra. 3 i. croci 3 i. 3 i.*

M. F. Cataplasma, cui adhuc adde, *Olei spermat.  
vanar. parum.*

Applicandum calide, linteis raris exceptum, ac  
pro necessitate reiterandum.

91. Cataplasma. Arthriticis omnibus utile

D. Fr. de le Boe Sylvii.

Recip. *Farin. rad. alth. farin. sem. lini, farin. bord.  
an. 3. i.*

Coq. cum laete bubulo ad pultis consistentiam. F.  
Cataplasma, quod mediocriter calens applicetur.

92. Cataplasma ad Calculum Cratonis.

Recip. *Canceros fluviani N. x.*

Indicantur per medium, & coquantur in *Lacte*,  
deinde succus fortiter exprimatur, quo imbuantur  
medulla, & addantur.

*Panis albi 3. iv. vitelli ovorum N. iii. butyri recent.  
ol. chæmom. ana 3 i. Craci gran. v. M. in Mortario.*

F. Cataplasma renibus applicandum.

93. Cataplasma ad Dolorem oculorum D. Sennerti.

*24. Pulp. pomi dul. assat. 3 ss. Camph. gr. xv. Croci gr. v.*

F. Cataplasma.

94. Cataplasma Emolliens ad partes schirrosas  
D. Morelli.

**U.** Urticæ recent. M. iii. *Salvie* M. g. *chærefolii*,  
*chelidon. maj. an.* M. i. g. coq. ins. q. aq. font. ad for-  
mam Cataplasmatis.

95. Cataplasma Febrifugum D. Fr. Hoffmanni.

**U.** Urtic. min. recent. *burs. pastor.* recent. rut. rec.  
an. M. g. Grossio modo cum Aceto acerrimo contusis  
adde

*Lap. prunell. Salis comim. an.* Z. g. tel. aranear. Z. i.  
M. F. Cataplasma singulis quinque horis pulsi-  
bus applicandum in Febribus.

96. Aliud D. Andr. Cnoffelii.

**U.** Nucleor. vel digitor. capit. allii, à pellic. mun-  
datorum. N. iii. *Salis com.* P. i. croci Ði.

Misceantur omnia in vase ligneo, cum pistillo et-  
iam ligneo, affuso subinde Aceto, ut pulticulæ con-  
sistentiam acquirant. Mixtura in linteolo extensa,  
paroxysmi tempore, cum calor febrilis jam corpus  
occupat, sinistro annulari toti applicetur, sinatur  
9. diebus, iisque præteritis eadem hora, qua erat ap-  
plicatum, auferatur, & in aquam profluentem pro-  
jiciantur. Sunt, qui hoc Cataplasma die illo, in quo  
patiens à febre liber est, applicare solent, & per 24.  
horas solum in dito geri, & hoc ter vel quater rei-  
terari volunt. Vesicula excitata, quæ valde mole-  
sta, regitur cum emplastr. sperm. ranar. Cum hoc Ca-  
taplasmate (quod abhinc 20. annis circiter ab amico  
quodam ex singulari gratia & sub secreta fide accepi)  
à febre tertiana sanavit Illustriss. Ensifer Regni Dn.  
Dn. Franc. Bilinski &c. cum charissima sua Conju-  
ge plus quam 100. personas, ex Amicis nempe, fa-  
mulis & subditis suis propriis.

97. Cataplasma ad Mammarum tumorem  
à lactic coagulatione & copia,  
mihi probatum.

**L** Herb. menthae, herb. apii bort. an. M. i. fl. Flor.  
sa mbuci M. i. Sem. Coriand. 3. fl. coq. in f. q. lach. vaccin.  
ad formam Cataplasmitis, cui adde, sperm. Ceti 3 i.  
Mumiæ 3 ii. Cineris cancer. fluviat. 3 i. ol. chamom. q. s.  
M. omnia exacte.

98. Cataplasma Miraculosum  
D. Joh. Lud. Hanemann.

**L**. Cataput. minoris, Succ. tithymal. an. 3. v. succ.  
cucum. agrest. 3. iii. Colocynth. 3. v. Helleb. nigri 3. iii.  
Terebinth. Cort. med. sambuc. an. 3. vi. Scammonii 3. iii.  
M. c. f. q. Mellis F. Cataplasma.

Si umbilico superposueris, purgat, si stomacho,  
facit vomere, si renibus, mingere, si thoraci partu-  
rientis, abortire.

99. Cataplasma ad Oedema efficax  
D. Barbette.

**L**. Rad. altheæ 3. iii. rad. bryoniæ, rad. ebuli ana  
3. ii. Fol. salviae, fol. rutæ an. M. i. fol. sabinæ M. fl.  
coq. ex aq. & vini æq. partibus.

Addendo sub finem aceti 3. iii. contusis adde

Farinæ fabar. 3. ii. fl. Cinerum com. 3. fl. Hiercor. vac-  
cin. 3. i. fermenti 3. i. fl. ol. chamom. 3. iii. axung. porci  
3. ii.

M. F. Cataplasma.

100. Cataplasma ad Scirrum.  
D. Barbette.

**L**. Rad. altheæ 3. iii. rad. iridis 3. i. Fol. brassicæ, fol.  
pa-

*pariet. fol. malvae, Flor. chamom. Flor. melilot. an. M.  
i. Sem. lini* 3.ii.

*Coq. ex aq. com. & contusis adde.*

*stercor. Caballin. 3. ii. axung. porci, ol. chamom. ana.  
3 i. cepar. coct. 3.ii.*

*M. F. Cataplasma.*

**101. Cataplasma Suppurationem promovens  
D. Morelli.**

*Rec. Rad. altheæ, rad. lil. alb. ana i. ss. Fol. malvae,  
fol. branc. Ursin. an. M. i. Passul. mund. 3. vi. ficuum  
ping. N. viii. farinæ trit. 3. ii. sapon. Venet. 3. ii.  
Coctis & cribro trajectis adde*

*Axung. porci 3. i. ol. chamom. 3. ii.*

*M. F. Cataplasma.*

**102. Cataplasma ad Tendinis Puncturam**

*D. Sydenham.*

*Recip. Rad. lil. alb. in latte vaccino ad teneritud. coct.  
& contus. 3. iv. Farinæ sem. lini, Farin. avenæ ana 3. iii.  
Coq. ad Cataplasmatis consistentiam in eodem la-  
tæ, quo radices coctæ fuere. M. applicetur parti af-  
fectæ.*

**103. Catharticum Cinamomifatum**

*D. Fr. Zobelii.*

*Recip. Acid. Tartari vinifat. & pulverisat. 3. ii.*

*Hujus parum inde mortario vitro vel marmoreo,  
& adde guttam Olei cinamom. 3. i. vel quantum ca-  
pere potest, modo ne nimis humidum fiat, sed for-  
mam Pulveris retineat. Hæc invicem probe milce,  
addendo Resin. scammonii prius bene cribati & in mor-  
tario agitati 3. i. & habebis Pulverem suavem & bene  
olentem.*

*Pulvis hic grati est saporis, daturque sine fastidio  
par-*

parvulis, Puerperis, imo etiam, viribus dejectis,  
quibus necessaria purgatio, Colicis & Melancholicis.

104. Cauterium.

*Sine omni dolore cutem vivam mortificans, ut eschara detrabi queat, & foramen apertum maneat.*

*bouebre memora Felic. Plateri.*

Recip. Calc. viv. Fecum vini ust. an. 3 ii.

In ollam vitreatam imposta misceatur cum *Likit-*  
*vii fortis*, quale tonsoram est, Mens. &. macerentur  
parum, & coquantur postea, quiescat, donec turbu-  
lentum resideat, quod clarum assundatur, sensim  
que coquatur, donec lapidescat, servetur in vitro  
bene clauso, ne aer subeat, & materia disfluat, ap-  
plicetur pisi quantitate, intra horas quatuor opera-  
tionem perficit, sine omni sensu molestio, si disfluit,  
zursum coquatur, ut lapidescat.

105. Ceratum de Minio ad ulcera antiqua  
Phil. Masiero.

24. *Minii 3 vi. ol. comm. 15 i. ceræ alb. 3 i.*  
M. F. l. a. Ceratum.

106. Cerevisia Purgativa D. Sydenham.

24. *Polypod. Querc. 15. i. Rad. Rhab. Monach. Fol.*  
*sennæ. Passul. enucleat. an. 15 ss. Rhab. incis. Raphan.*  
*rufican. an. 3 iii. Fol. cochlear. bort. Fol. salviæ ana M.*  
*iv. Aurant. incis. N. iv.*

Infunde in Congiis v. vel vi. cerevisiæ non lupula-  
tæ fermentationis tempore, & quando ad maturita-  
tem pervenerit, sit pro potu ordinario per dies 14. vel  
21. præcipue vero sumat haustum singulis auroris.

## 107. Cinamomum Laxativum Coburgensium.

*U. Pulvis cinamom. 3. iii. g. Bol. Armen. 3. g. scammon. rosat. 3. vi. c. mucilag. tragacantb. & aqua cinamom. q.s.*

F. Pasta, ex qua formetur Cinamom. pondere 3. g. 3. i. D. iv. 3. i. g.

108. Clyster ad Colicam flatulentam  
D. Ettmulleri.

*U. Dacoct. carmin. 3. vi. Urine humanæ. 3. iii. fermenti 3. i. la. com. D. i. mel. rosar. 3. i.*  
M. F. Clyster.

## 109. Clyster ad Diarrœam D. Sydenham.

*U. Cort. granat. 3. g. rosar. rub. P. ii. coq. in s.q. lact. vaccin. in colat. 15. g. dissolve El. discord. Frac. 3. g.*  
M. F. Enema.

## 110. Clyster nutriens D. Morelli.

*U. Juris Carnium 15. i. sacch. 3. g. vini Rhenan. 3. ii. vitell. ovor. N. ii. conf. alkerm. 3. ii.*  
M. F. Clyster.

111. Collyrium ad Cataractam  
D. Barbette.

*U. Aqu. chelidon. 3. i. g. Vini alb. Gallic. 3. g. spir. vini 3. ii. vitriol. alb. gran. vi. Tutiæ præp. D. i. Vitri antimon. gr. v. Sacch. cand. 3. ii. g. Camph. gr. vi.*  
M. F. Collyrium.

## 112. Collyrium ad ophthalmiam D. Barbette.

**24** Gum. tragac. 3 ii. mucilag. sem. psyll. 3 iii. aq. ro-  
sar. & plantag. an. q.s.

M. F. Collyrium mediocris consistentiæ, guttatum  
oculo instilandum, & lintea in eo madefacta extræ  
applicando.

## 113. Collyrium D. Joh. Felveri.

Recip. Phlegm. Vitrioli & Alunis an. part. æqual. scil.  
an. 3i. ss. croc. metallor. sacch. saturni 3 i. g. tutiæ prep.  
quam subtilissimè 3 i.

Stent per meniem in digestione, postea filtrantur.  
Cum extremitate subtilis penicilli hac mixtura imbu-  
ti vel oculus subtiliter abstergatur, vel ad canthum  
externum una & altera guttula instilletur.

114. Collyrium ad Panum seu Unguem oculorum  
consumendum D. Foresti.

Recip. Succifæniculi 3 iv. Succ. chelidon. 3 iii. Succi  
vute 3 ii. Succi malvæ 3 ii. aloës 3 i. vitriol. 3 ii. ærugin.  
æris 3 i. Zinziber. cinamom. an. 3 ss. fellis anguillæ 3 ss.  
sacch. cand. 3 ii. mellis opt. 3 ss.

Bulliant Succi; addendo reliqua, & depurentur.

F. Collyrium.

De quo saepius in die aliquid in oculum instilletur.

## 115. Confectio Balsamica D. Bernh. Herlini.

Recip. Mann. elef. 3 ii. cort. citr. superior. rec. 3 i.  
confett. alkerm. 3 ss. Olei, cinamom. ol. caryoph. an. gtt.  
v. ol. meliss. ol. macis an. gtt. vj. Elix. vit. 3 ii. spir. rosar.  
spir. lil. convall. spir. rub. idæi an. 3 ii.

M. benè, & servetur usui.

## 116. De

116. Decoctum Album ad Dysenteriam  
D. Sydenham.

*U.* *Raf. C.C. mic& panis ab. an. 3 ii. coq. in aqua  
font. 15 iii. ad 15 ii. colatura edulcoretur s. q. sacch. alb.  
Servit pro potu ordinario.*

117. Decoctum Antiphysicum  
D. Andr. Cnoffelii.

*U.* *Rad. farfaræ, rad. polypodii, rad. glycyrrhizæ,  
rad. levic. an. 3 i. Herb. pulmonar. herb. Salviae, herb.  
verben. herb. scabiosæ, Fl. hepat. nobil. an. M. i. Sebe-  
stæn. jujubar. an. 3 ii. sem. anis. 3 vii. caricar. N. x. Aq.  
fontan. pur. 15 iv.*

Incisa & contusa erassisculè coquantur in præscri-  
pta mensura Aquæ simpl. usque ad tertiarę partis con-  
sumptionem. Decoctum colatum & purificatum dul-  
coretur cum melle clarificato q. s.

*Dosis* 3. iv. ad 3 vi. & 3 viii. mane & circa noctem  
per duum, finito tempore omnia de novo, in modum  
præscriptum, iterum incipienda sunt, usque ad me-  
lliorationem.

118. Decoctum antiscorbuticum D. Vvieri.

*U.* *Absinth. vulgar. gran. junip. contus. an. M. i. la-  
dis caprini 15 iv.*

Coq. ad tertiarę vel quartarę partis consumptionem.  
Post colentur cum forti expressione, colat. adde

*Croci* 3. g. vel. 3. i.

E semel atque iterum rursum bulliant, & denio  
colentur. Decocti hujus haustus tepidus ter de die  
propinetur, manè, hora quinta pomeridiana, &  
cubitum tundo.

119. De-

## 119. Decoctum Carminativum

D. Jo. Theod. Schenckii.

**24.** *Origanum vulgare*, fl. cent. min. summit. absinth.  
*Pont. ana M. B. sem. anethi* 3 i. *sem. anis*, *sem. foenicul.*  
*an. 3. vi. 3. ii. sem. card. ben. sem. card. Marie ana 3 B.*  
*Macerentur in aqua Card. ben. & fl. sambuc. q. li-*  
*per diem & noctem.*

Cras mane Coq. Collatur 15 i. adde  
*syr. de cort. citr. 3. B. / yr. cochlear. 3 i. Aquæ Zedoar. 3. B.*  
*M. pro 4. dosibus.*

## 120. Cecoctum Cephaliaum D. Joh. Michaelis.

**24.** *Rad. aristol. rotund. rad. paon. rad. imperator.*  
*an. 3 i. Cort. rusc. querc. cort. corylin. an. 3 B.* *Fol. salvi.*  
*fol. rutæ, fol. rorismarin. fol. beton. an. M. i. Fl. flæchæ-*  
*di Arab. Flor. anib. Flor. lil. convall. ana P. i. Bacc.*  
*laur. 3 i. bacc. juniper. 3 ii. Sem. anisor. sem. coriandr.*  
*an. 3 iii. Spiritus vitrioli 3 i.*

Coq. inf. q. hydromel. simpl.

**24.** Colatur 15 i. in hac dissolve *Syr. de Stoecbad.*  
*Arab. Syr. Florum beton. an. 3 ii. In clarificatione ad-*  
*de Spech. diambr. spech. dianthos. ana 3. B.*

M. pro dosibus 4. mane. Usus contra catar-  
 thos frigidos.

## 121. Decoctum Diureticum meæ descriptionis.

**24.** *Rad. asparag. rad. petroselin. rad. a pii*, *rad. al-*  
*theæ ana 3 iii. Fol. capill. ven. fol. parietar. fol. bernior.*  
*fol. malvæ ana M. i B.* *Baccar alkekengi, baccar. junip.*  
*ana 3 i. B.* *Sem. saxifrag. sem. millii Solis ana 3 B. cice-*  
*rum rub. bord. mundat. ana M. i. sebesten, sicuum ping.*  
*ana N. xxx.*

Conscindantur omnia minutim, & contundantur,  
 siatque decoctio in aquæ pluvialis mensuris vi. ad con-  
 sumptionem mensuræ unus. Colat. clarific. adde

*Syr.*

*Syr. nepbrocathart. Joub. 3 v. succi limon. rec. vel. sp. vitriol. q. s. ad gratiam.*

Dos. 3 vi. post singulas horas. In possesto Calculo.

122. Decoctum Expulsivum ad Variolas  
Avicennæ.

**24** *Lacc. ablut. 3 v. lentium excort. 3 ii gumm. tragac. 3 iii. coq. in aq. fl. β. ad remenantiam 3 ili. vel 3 iv. Colatura potanda detur.*

123. Decoctum Expulsivum Variolarum D.  
Lotichij.

**24** *Ficum ping. passul. enucleat. ana 3 fl. sem. fænic. 3 ii. C C. usi præp. 3 iii. sem. aquileg. 3 i. β. lentium ex-cort. 3 β. lacc. ablut. 3 ii. gumm. tragac. 3 i. β. flor. calend. P. j. foliorum Scord. P. β. coq. in aq. font. ad ter-tias, colat. adde*

*Syr. acetos. citri q. s. ad gustus gratiam.*

124. Decoctum in Lue Venerea D. J. Z.

**24** *Lignis sancti. 3 iii. cortic. ejusd. 3 v. sars. parit. 3 ii. sassafr. Mercurii in petia ligat. Antimonii crud. in pe-tia ligat. ana 3 i.*

Incis. & cont. coq. in aquæ mensur. xii. in olla ad tertias, & colentur: cooperculum ollæ foraminulum habeat.

*Uſus.* Colaturæ dantur singulis diebus mane 3 iv. vel 3 vi. pro potu sudorifero; sudor proliciatur vel in lecto, vel in balneo laconico aut hypocausto.

Residuum coquitur cum aqua & novis passis: addito pauco Lign. sancto novo & cort. ejusd. item cinamom. pro potu ordinario. Uſus hujus continuandus per 14. dies.

## 125. Decoctum ad Menses Movendos Hippocratis.

**U.** Tæde pinguiss. q. v.

Concïsum decoque in *vino albo*, & de hoc decocto trium Cyathorum mensura utatur æger.

## 126. Decoctum Odontalgicum D. Dan. Segleri.

**U.** Fl. rosar. rubr. fl. balaustior. an. M. β. fl. salviæ P. j. Rad. pyreth. rad. bistort. ana 3 ii. Fol. tabaci, cort. granat. ana 3 i. nuc. cupress. 3 i. β. nuc. gallar. N. iv. Aluminis crud. 3 vi.

Contundantur gr. m. & coquantur in dimidia parte aquæ & aceti.

## 127. Decoctum ad Perniones D. Seunerti.

**U.** Vini albi 15 i. aluminis 3 i.

Bulliant simul, & pars affecta ebluatur.

## 128. Decoctum ad Phthisin D. Ettmulleri.

**U.** Lig. guajac. 3 iii. cort. ejusd. 3 i. rad. chinæ incis. rad. bardane, rad. belenii ana 3 ii. baccar. Junip. 3 iii. herb. veronic. M ii. herb. hederæ terrestr. M i.

Incisa macerentur in 15 xii. aq. simpl. per 24. horas, coq. ad dimidium, addendo in fine sem. anisi, sem. foeniculi ana 3 β. rad. liquirit. 3 i.

De colat. capiat omni manè bonum haustum, expectando aliqualem sudorem.

Addendo cuilibet haustui bals. Sulphuris terebinth. gutt. xii.

129. Decoctum Pituitam per Urinas evacuans  
Fr. de le Boe Sylvii.

**U.** Rad. apii, rad. eryng. rad. asar. ana 3 i. fol. eupator. fol.

D can-

cannab. fol. urtic. fol. cherefol. ana M i. sem. fænic. dulc.  
sem. seselios sem. saxifrag. ana 3. ii.

Coq. ex aqua pura ad colat. 3. xxx. addendo syr. 3.  
rad. 3. iii. Spiritus Salis dulc. vel Salis volat. succin.  
3. i. M.

Bibat Æger bis in die haustum ad 3. iii. iv. vel va  
romacho tibis vacuo, hoc est, quinque ad mini  
mum post assumptum cibum horis. Præstabit, si ca  
lens aut tepidus saltem usurpetur. Pittitam deducit  
ad renes, ac educit cum Urina potenter.

130. Decoctum Serum evacuans per Urinas  
vel Sudores Fr. de le Boe Sylvii.

**Y.** Rad. apii rad. petasitid. an. 3. i. rasur. lign. junia  
per. sem. mili. an. 3. iii. Coq. s. a. ex aqua pura, in co  
latu 3. xxx. dissol. Syr. rad. 3. iv. spirit. sal. dulc. 3. i. M.

Capiat bisterve in die haustum, si non abhorreat  
Æger, calentem, & imprimis summo mane in lecto,  
unde prodibit facilius sudor: sin minus, Urina co  
piosior, sicut pedetentim consumetur sanguinis se  
rum, omnesque humores reddentur puriores ac me  
liores.

131. Decoctum Sudoriferum ad Luem Venereum  
D. Sorbait.

**Y.** Rad. asari 3. 3. rad. lapath. acut. rad. lappa  
maj. an. 3. iii. rad. falseparill. rad. chimæ ana 3. iv. 3.  
ligni sassaf. 3. iii. ligni Guajac. 3. 3. cort. ejusd. 3. iii.  
passul. mund. 3. ii.

His omnibus affunde aq. comm. bullientis 3. xvi.  
stent infusa in loco tepido, non tamen ad ignem 24.  
horis, dein fiat decoctio ad decidentiam 3. vi. co  
latura forti expressione facta servetur pro sudore or  
dinario. Dos. 3. vi. ad viii.

## 132. Decoctionum Vulnerarium D. Sorbait.

*U.* Rad. tormentillæ, rad. consolid. utriusque an.  $\frac{3}{2}$ .  
*I.* Herb. saniculae, herb. pyrolæ, herb. verbene, al-  
 thimillæ, herb. vincæ pervinc. herba Roberti an. M.  $\frac{3}{2}$ .  
*Flor. verbasci, Fl. hypericon. Flor. centaur. min. an. P.*  
*i. Astacor. mund. & siccior. N. iii. mumiæ  $\frac{3}{2}$ . ii.*

Macerentur per 2. dies in vini albi & aquæ veroni-  
 cæ an.  $\frac{1}{2}$ . ii. in vase circulatorio ad calorem balnei  
 Mariæ vaporosum, dein fiat expressio. Coletur per  
 manicam Hipp. & aromatizetur paucō Cinamomo.

Dos.  $\frac{3}{2}$ . ii. ad  $\frac{3}{2}$ . iii.

Ad edulcorationem addi potest vel sacch. alb. vel  
 syr. de symphyt. Fernelii.

## 133. Diaphoreticum compositum:

D. Andr. Choffelii.

*U.* Antim. fixi diaphoret.  $\frac{3}{2}$ . ii. bezoor. minerali  $\frac{1}{2}$ . i.  
 vorall. rubr. præp.  $\frac{3}{2}$ . i. pulv. viper. ex cord. & hepatis  
 croc. nostr. solar. an.  $\frac{1}{2}$ . i.

Misceantur, fiatque ex his omnibus, in mortario  
 vitro Pulvis subtilissimus, cui adhuc admisceatur.

Effent. citr. ex cort. exter. rac. extract. gr. xv.

Servetur pro usu in vitro bene clauso.

## 134. Diaphoreticum Tartari camphoratum

Ft. Zobelii.

*U.* Optim. acidi Tartari  $\frac{3}{2}$ . vi. adde in retorta cam-  
 ph.  $\frac{3}{2}$ . i. & affunde Aceti desill.  $\frac{3}{2}$ . ix.

Bene obtura retortam, eamque dimitte in arenam  
 & fac, ut hæ res per integrum triduum sensum coquan-  
 tur; tunc tetorta aufertur, quæ si refriguerit, acetū  
 effunditur, & felictæ res exsiccantur atque subtiliter  
 teruntur. In hac operatione acquirit tartarum pene-

**T**antissimam virtutem, sic porro perge &  
**¶** hujus ita præp. tartari ȝ ii. CC. absque igne calcin.  
*Magist. Antimonii, duc. an. ȝ i.*

M. more solito, & redige omnia in subtilem pulve-  
rem, habebisque nobile hoc atque efficax ita paratum  
Diaphoreticum.

Pulvis hic diaphoreticus penetrantissimæ est nature  
unde totius corporis impuritates per sudorem expellit,  
Tartarum coagulatum resolvit, venenosumque realgar  
in sanguine, unde tot ægritudines, atque inter cætera  
etiam Scorbutus oriuntur, mortificat, quod dia qui-  
dem in sanguine latitat, ut vix animadverti possit;  
tandem verd maculis in cute interdum ruhris, interdū  
puniceis, interdum viridibus aut etiam nigris se pro-  
dit, variisque symptomatibus. Diaphoreticum verd  
hoc potentissimum hunc hostem cum Deo proficit, si  
singulis septimanis ab viii. ad xii. & xx. gr. in aqua è  
typhis cerv. aut card. ben. pro sudore ciendo in lecto  
sue Laconico detur. Commendabile etiam est in Peste,  
in qua sine metu majoris æstus, qualem theriacalia  
concitate solent, venenum expellit, redditurque po-  
tentius addito ȝ i. spiritus tartari, ac aqua card. bened.  
felicissimo eventu in quartana sumitur, ita, ut æger  
ad unam alteramque horam sudet, neque quatuor post  
horas quicquam comedat repetatur hæc Medicina ter-  
tia vel quarta vice. In variolis & Morbillis thesauri  
instar asservetur, in quibus quotidie iv. vi. vel viii.  
grana mane & vesperi in aqua typhor., cerv. que cum  
aqua card. ben. & syrup. citr. permixta sit, propine-  
tur; habeatur vero ratio ætatis & conditionis ægti.

### 135. Aliud pretiosum.

**¶** Oxytartari crystallin. ȝ ii. CC. absque igne præp. ȝ  
*¶ Magist. perlar. magist. corall. magist. unicorn. an. ȝ ii.*  
M. F. Pulvis subtilissimus, addi potest aliquid  
ambr. grys.

Pul-

Pulvis hic jucundi saporis, cordialis est, venena & impuritates sanguinis per diaphoresin purgat, omnemque cordis anxietates emendat. Datur in febribus pestilentialibus, Variolis & Morbillis. Utilis quoque est in Diarrhoeis, Pleurite cum haemoptysi conjuncta, & in scorbuto bis datur in septimana.

136. Eclegma in crassans ad Tussim  
D. Sydenham.

*¶ Ol. amygd. dul. 3 i. Syr. papav. Rhæad. Syr. portulac. Syr. jujubin. Lovchsan, ana 3 B. Sacch. Crystall. q.s.*  
M. in mortario marmoreo ad integræ horæ spatum & F. Linctus perfectè mistus, de quo capiat æger fæpius cum baculo liquiritiæ.

137. Electuarium Alexipharmacum  
D. Théod. Schenckii.

Recip. Elecl. diacord. 3 ii. theriac. mithridat. an. 3 ii. elixir. pestilent. Crull. 3 ii. spiritus C. C. 3 i.  
Dosis sit magnitudo Castaneæ dimidiæ.

138. Electuarium Ant-Epilepticum singulare Magni Duc. Hetrur.

Recip. Cran. human. 3 viii. rad. pyreth. rad. aristol. rot. an. 3 i. Sem. pœon. Sem. ruta, Sem. filer. mont. an. 3 B. Fol. hyssop. Pol. spic. nard. Fol. epithym. Fl. chamæmel. R. Fl. stœchad. Ar. an. Mi. cubeb. galang. gran. pæradis. an. 3 B. cinnamon. 3 i. Nuc. moschat. N. iii. caryophyll. 3 ii. agar. trochiscat. lapid. Lazul. an. 3 B.  
M. F. Pulvis subtilissimus. Cujus singulis 3 ii. additur 15 i. Mellis despumati. F. Electuarium.

Ufus. Corpore purgato, sero cubitum ituro ægroto, & mane à lecto surgente exhibeatur quantitas castanæ per 15. dies.

## 139. Electuarium Antifebrile D. Sydenham.

**24.** *Cort. Peruvian. subtil. pulv. 3 i. cum syr. caryopb.  
vel de rosi sicc. q. s.*

*M. F. Electuarium.*

Dividendum in 12. partes æquales, quarum unam  
capiat quarta quaque hora æger, incipiendo imme-  
diatè post proximum, superbibendo haustum vini.

## 140. Electuarium Antiphthisicum.

D. Gottof. Christ. Vvinckleri.

**24.** *Rad. symph. maj. rad. tussilag. rad. enul. mundat.  
ana 3. iv.*

Coq. in aquæ simpl. f. q. ad mollitiem, tunde & tra-  
jice per setaceum.

**24.** *Passul. maj. & min. an. 3. ff.*

Coq. in brodio reliquo à radicibus, & extrahatur  
pulpa eodem modo.

**24.** *Salv. acut. beton. hyssop. veron. beder. terr. pul-  
mon. macul. an. M. i.*

Coq. ad mollitiem in brodio à passulis relisto.

**24.** *Decocc. colat. sacch. canar. 15. i.*

Coq. ad consistentiam, coletur.

*Addit.*

*Pulp. rad. & passul. Amygdal. dulc. exor. Pinear. re-  
cent. probe pistar. an. 3. iii. Cinam. 3. ii. Croc. D. i.*

M. F. l. a. Electuarium.

## 141. Electuarium Cholagogum Sylvii.

**24.** *Pulp. prunor. acido dul. 3. x. Crem. tartari, scam-  
mon, opt. an. 3. ii. Rhad. ell. 3. x. cinamom. acut. 3. ff.  
santal. citrin. 3. ii. Sacch. clarific. 3. xvi.*

M. F. f. a. Electuarium.

*Dosis 3. iii. ad 3. ff.*

142. Ele

142. Electuarium Dysentericum  
D. Andr. Cnoffelii.

*U. Succ. acac. sive prun. sylv. inspissat. fl. ss. ȝ. iii.  
Cons. rosar. antiqu. Fl. papav. errat. cond. cydon. an. ȝ.  
iv. mellis ad spissitud. coct. fl. ss. rad. tormentill. subtil.  
pulu. gland. immatur. subtil. pulv. nuc. mosch. an. ȝ. iii.  
cum myr. cydon. q. s.*

F. f. a. Electuarium mediæ consistentiæ.

In dysenteria, diarrhoea, lienteria, aliisque fluxibus desperatis, potenter adstringendo, remedium est infallibile. *Dosis d. ȝ. i. ad ȝ. ii. superbibendo hau-  
stum Aq. spermat. ranar. destill.*

143. Electuarium Exhilarans pro formidolosus  
nimium in Peste Tabernæ montani.

*U. Conserv. rosar. conserv. borrag. conf. bugloss. con-  
serv. flor. caryoph. hort. an. ȝ. i. Flor. aurant. condit.  
Flor. citri condit. an. ȝ. ȝ. Pulv. lecticific. Galen. ȝ. ii. Pulv.  
cinnamon. ell. pulv. cort. citri. an. ȝ. i. pulv. zedoar. pulv.  
doroni an. ȝ. ss. pulv. crociel. ȝ. ss. Syr. cort. citri & po-  
mor. nedol. an. q. s.*

M. F. Electuarium.

*Dos. manè & vesperi magnitudo Castaneæ dimidiæ.*

144. Electuarium ad Fluorem album  
D. Sydenham.

*U. Theriac. Andr. ȝ. i. ȝ. Conserv. flaved. aurant. ȝ.  
i. Elef. diacord. Frac. ȝ. ȝ. Zingib. condit. Nuc. mos-  
chata. condit. an. ȝ. iii. pulv. è chelis cancer. ȝ. i. ss. cort.  
exterior. granat. rod. angelic. Hisp. corall. rub. prep.  
Trocisc. de terra Lemnia ana. ȝ. i. boli Armen. ȝ. ii.  
gumm. Arab. ȝ. ȝ. cum s. q. syr. de ros. sicc.*

F. Electuarium.

*Dos. Magnitudo nucis mosch. maj. manè, hora quin-  
ta pomeridiana, & nocte per mensem integrum, su-*

perhibendo seq. infusionis cochlearia circiter vi.  
 Recip. Rad. enul. camp. rad. imperar. rad. angelic.  
 rad. gentian. an. ȝ. ȝ. Fol. absynth. Rom. fol. marrub. alb.  
 fol. centaur. minor. fol. calamint. an. M. i. baccar. ju-  
 nip. ȝ. i.

Incidantur mintum, & infundantur vini Canar. ff.  
 v. stent simul infus. frig. Colentur tantummodo tem-  
 pore usus.

Abstineat æger ab usu olerum, & fructuum, & sin-  
 gulis pastibus bibat vinum Hispánicum.

### 145. Electuarium Hydragogum Sylvii.

Recip. Baccar. junip. in aq. coct. express. & ad pulpa  
 consistentiam redat. Pulpæ Tamarind. an. ȝ. iv. Rad.  
 jalap. ȝ. i. ss. scamom. el. ȝ. i. cinamom. acut. sem. janic.  
 dul. ana ȝ. ii. sacch. clar. f. ȝ. x.

M. F. s. a. Electuarium.

Dos. in adultis ȝ. iii. ad ȝ. ss.

### 146. Electuarium ad Memoriæ Imbecillitatem Foresti.

Recip. Rad. acori veri vel Rad. galang. min. condit.  
 Conserv. fl. beton. Conserv. fl. rosmarin. an. ȝ. i. Con-  
 serv. fl. paralys ȝ. ss. pulv. cubebar. pulv. nuc. moschat.  
 pulv. cinamom. ana ȝ. i. Cum syr. destæchad. q. f.

F. Electuarium.

De quo singulis diebus mane sum. magnitudo  
 Castaneæ.

### 147. Electuarium ad Memoriæ debilem Mesuæ.

Recip. Mel. anacardin. Thuris, Rad. cyperi, rada  
 acori an. ȝ. i. piper. macropiper, ana ȝ. ss. myrobalan.  
 ched. Indor. ana ȝ. i. Mel q. f.

M. F. Electuarium.

Dos. ȝ. i. ad ȝ. ii.

148. Ele-

## 148. Electuarium Mephriticum Zapatæ.

Recip. Sem. hyperici mense Septembri vel Octobri collect. & primum in umbra, postea ad solem vel focum exsiccat. & pulver. 3. iii. Sacc. rosat. rec. 15. i. Julap. ros. q.s.  
M. F. Electuarium.

Dos. 3. ss. tribus horis ante cibum.

## 149. Electuarium Orvietanum Hieron. Ferrantis.

Recip. Rad. Angelicæ, rad. Aristol. long. rad. Anthoræ, rad. bistortæ, rad. card. benedic. rad. gentianæ, rad. tormentillæ, dictam. cretici, sem. citri, sem. acetosæ, sem. echii ana p. equal. Rad. scorzon. ad Pondus omnium.

Pulverisentur subtilissimè, quibus adde mellis depurati triplum, vini malvatic. q.s. Theriac. Andr. decimam partem.

M. F. Electuarium.

## 150. Electuarium ad Pestem Cratonis.

Recip. Fol. scord. Rad. tormentillæ, rad. dictam. albi, rad. Zedoar. rad. gentian. rad. angelic. caryophyll. an. 3. i. croci, camphoræ an. 3. ii.

F. Pulvis.

Qui aspergatur aqua Card. bened. in qua dissolutæ sint Theriac. 3. ii. cum syr. de succo scord. & card. ben. q.s.

F. Electuarium justæ consistentiæ.

Dosis 3. i. ad 3. i. ss.

## 151. Electuarium Pulmoniacum D. Coci.

Recip. Carnis perdic. benè assæ, non salit. nec aromatisat. 3. ii. Cochlear. mund. & coct. in Aq. endivie, scabiosæ, beton. an. 3. iii. Canceror. in sere lat. coct. 3. iii. ss. Vulpeculæ coctæ & in fine assæ absque ulla p. n. guedine & brodio 15. i. amygdal. dulc. exort. 3. ss. pinnear. pistac. tribul. aquat. in aq. rosar. ablut. & præp. an.

an. 3. vi. Sem. 4. frig. major. excoit. ana 3. iii. Cort.  
citr. condit. 3. ss. Rad. symphit. maj. exsiccat. 3. iv.  
rad. cichorii, rad. enul. campan. exsiccat. an. 3. iii. gum.  
arabic. tragac. an. 3. i. g. amyl. 3. iv. pulv. liquirit. præp.  
3. iii. Spec. eleæ. repar. 3. ii. ss. spec. iresos, spec. dia-  
tragao. frig. diapenid. an. 3. iii. Flor. sulphuris cum aqua.  
humect. præp. 3. i. ss. 3. ii. Fel. Auri finiss. N. xxx. cum  
melle despumat. & sacch. alb. ana 15. ii. ss.

F. l. a. Electuarium.

152. Electuarium Regium confortans

D. Joh. Theod. Schenckii.

24. Succolat. regiae Norimberg. 3. iii. Carn. citr. con-  
dit. 3. i. ss. Flor. citr. condit. 3. ss. confit. alkerm. 3. ii.  
eleosacch. citri, eleosacch. cinamom. an. 3. B. c. syrup.  
flor. tunicae.

F. l. a. Electuarium.

Dosis 3. ii. in jusculo restaurativo, vino malvatico,  
cydonior. &c.

153. Electuarium Roborans in Podagra  
præstantissimum D. Sydenham.

24. Rad. angelic. rad. calam. arom. rad. imperator.  
rad. ænule camp. Fol. absynth. vulg. fol. centaur. min.  
fol. marrub. albi, fol. chamædr. fol. chamaepiteos, fol.  
scord. fol. calamintb. fol. parthen. fol. saxifragæ, fol. by-  
periconis, fol. virgæ aureæ, fol. serpilli, fol. mentæ,  
fol. salvæ, fol. ruta, fol. card. bened. fol. pulegii, fol.  
abrotani, Flor. chamæmel. Flor. tanaceti, Flor. lil.  
convall. Flor. croci, Sem. thlaspi, sem. cochlear, sem.  
carvi, baccar. Junip.

Singulorum quantitatem sufficientem, legantur  
singulæ herbæ, flores, & radices, quo tempore viri-  
bus pollent siccantur, ac in papyraceis sacculis affer-  
ventur, tum in pulverem tenuissimum redigantur  
singulorum 3. vi. simul probe mista excipientur s. q.  
mellis optimi despumati & vini Canarini.

F. Electuarium debitæ consistentiæ.

154. Eli-

154. Elixir Absinthiacum compositum  
D. Andr. Cnoffelii.

*L.* Extract. absinth. liquid.  $\frac{3}{2}$ . iii. spiritus tartari saf-  
safrat.  $\frac{3}{2}$ . i.  $\frac{3}{2}$ . i. vitrioli martis  $\frac{3}{2}$ .  $\frac{3}{2}$ .  $\frac{3}{2}$ . ii. vitriol. vulgar.  
 $\frac{3}{2}$ . iii. Tincturæ santal. c. spir. vin. stomach. extract.  $\frac{3}{2}$ . vi.

Mixta stent per diem & noctem in digestione, po-  
stea filtrantur & usui serventur.

Dosis gutt. x. ad xv. & xx. in vino seu alio liquore  
appropriato.

155. Elixir Antiloemicum D. Joh. Schenkii.

*L.* Elixir Antipestilent. Croll.  $\frac{3}{2}$ . ii. Tinct. bezoard.  
D. iv. Essent in lumbr. terrestr. D. ii.

M. in Vitro.

Dosis gutt. xxv. & xxx.

155. Elixir Antiscorbuticum D. Michaelis.

*L.* Rad. filicis, rad. polypod. rad. angelic. an  $\frac{3}{2}$ . i. rad.  
rabarb. elect.  $\frac{3}{2}$ .  $\frac{3}{2}$ . rad. ari D. i. herb. Ceterach. herb. co-  
chlear. herb. scolopendr. herb. scord. herb. agerat. herb.  
nasturt. ana M.  $\frac{3}{2}$ . Cort. rad. cappar. Cort. tamarisc. Cort.  
fraxin. an.  $\frac{3}{2}$ .  $\frac{3}{2}$ . cort. citr.  $\frac{3}{2}$ . i. Fl. genist. Flor. spic. an.  
p. ii. Flor. violar. Fl. buglos. Flor. tunicæ an. p. iii. Sem.  
anis. sem. coriandr. sem. dauci cretic. an. D. i. spiritus  
vitrioli  $\frac{3}{2}$ . i.

Concisa & contusa l. a. infunde in spir. vin.  $\frac{15}{2}$ . i. per  
octiduum, postea filtratur, in fine adde  
spir. nasturt. spir. fragor. spir. cynosbat. spir. petroselin.  
ana  $\frac{3}{2}$ .  $\frac{3}{2}$ .

Servetur usui.

157. Elixir Arthriticum D. Michaelis.

*L.* Herb. chamaedr. herb. Camæpyth. an. M. ii. Sum.  
cent. min. Flor. hyperic. an. M. i. ss. flor. salviæ. flor. betonicae  
flor. prim. veris. flor. lavendul. flor. stæchad. arab. flor. ana-  
gall.

gall. an. p. iii. Rad. filicis, rad. rhabont. rad. vincetox. rad. caryophyllor. rad. bardante, rad. aristol. rot. rad. gentian. an. 3*i.* rad. scrophular. 3*ii.* 3*b.* Sem. hyper. 3*i.* Sem. petroselin. Macedon. 3*iii.*

F. l. a. Species, quæ extrahantur.

*Spiritus Nasturtii.*

158. Elixir Cachecticum D. Bernh. Herlini,

Recip. Aloës rosat. myrrh. optim. gumm. Ammoniac. an. 3*b.* croc. opt. 3*i.* salis tartari 3*i.* 3*b.*

Hifce contusis affunde

*Spir. vin. red.* 3*iv.* *spir. cochlear.* 3*b.*

Stent per dies 8. postea filtretur & servetur ad usum.

159. Elixir Cephalicum D. Michaelis.

Recip. Herb. beton. herb. rorismar. herb. majorans. herb. salviae, herb. origan. herb. ivæ arthritic. herb. verben. an. M. i. Flor. beton. Flor. primul. veris, Flor. stæchad. Arab. Flor. tiliæ, Flor. lili. convall. Flor. melissæ, Flor. pæon. Flor. salviae, Flor. lavend. Flor. anthos an. p. ii. Rad. aristol. rot. rad. pæon. rad. irid. florent. rad. angelic. rad. caryophyllat. rad. diptamn. rad. acori, rad. pyreth. an. 3*i.* rad. cyper. rad. coft. an. 3*b.* Frukt. anacard. 3*vi.* Nuc. moscat. caryophyll. cubeb. carpopalsam. cardamom. an. 3*b.*

F. l. a. Species, quæ extrahantur.

*Spiritu lil. convall.*

160. Elixir Epilepticum D. Tim. à Guldenkleé.

Recip. Rad. pæon. sole in Ariete existente & Luna in Sagittario collect. 3*i.* rad. doronic. rad. distamn. rad. dentar. an. 3*b.* Flor. pæon. 3*vi.* Flor. lili. convall. Flor. lavend. Flor. stæchad. Arabic. Flor. primul. veris, Flor. cheiri, Flor. tunicæ, Flor. anthos, Flor. tiliæ an. 3*b.* Sem. pæoniæ, Visc. quern. an. 3*v.* Nuc. moschat. 3*iii.*

In-

Incis. & conquassat. affunde spirit. ceras. nigror. ad eminent. 4. digitor. stent in digestione M. B. per triduum, postea exprim. fortissime & colentur. Spiritus abstrahatur ad dimid. resid. infund.

*Ther. Andromach. 3. i. 3. Mithridat. 3. ss. castor. con-*  
*quassat. 3. iii. Salis succin. volat. 3. iv.*

Digerantur denuo per triduum, postea filtrantur per chartam emporeticam, add. Tincturae Lunæ 3. 3. M.

### 161. Elixir Febrile D. Andr. Gnoffelii.

Recip. *Elixir proprietat. Spiritus terr. sigillat. an.*  
*3. ii. Mixt. simplic. Etracl. absinth. liquid. an. 3. iv. cen-*  
*taur. solid. angelic. solid. an. 3. ii. 3. i. gr. iv. M. & stent in*  
*vitro bene clauso per 24. hor. in digestione, postea filtrantur.*

*Vires.* Omnis generis febres curat, maximæ intermitentes, tormenta ventris atque uteri sedat, insuper stomachicum, spleneticum & hepaticum est singulare. Tempore pestis est præservativum & curativum præsentaneum, ab authore sæpe probatum, aliæs ingrati saporis & odoris.

*Dosis à 3. i. ad 3. ii. vel iii.*

In convenienti vehiculo, bis vel ter in die repe-

tendum.

### 162. Elixir Hypocondriacum D. Tim. à Guldenklee.

Recip. *Limatur chalyb. subtiliss. 13. ss. irroretur spi-*  
*ritu Vitrioli ex marte q. f. affund. Vin. Rhenan. op. 13. iv.*

Digerantur lento M. B. calore per dies vii. agiten-

tur quotidiè bis vel ter. Colatur. add.

*Spec. trochisc. de cappar. 3. vi. spec. troch. de rosis,*  
*spec. troch. de rhabar. spec. troch. de eupator. ana 3. ss.*  
*spec. diarrhod. Abbat. spec. diatrion Santal. an. 3. iii.*  
*Myrrh. elect. 3. 3. croc. orient. 3. ii. salis absinth. salis fra-*  
*xini, sal. tamarisci, sal. veronicæ, sal. card. ben. ana 3. i.*

Digerantur in M. B. per dies v. postea filtrantur, men-

struoq; ad medietatem abstracto residuum servetur pro

usu.

## 163. Elixir Nephriticum D. Joh. Schenckii.

**¶.** *Spiritus sambuci spir. junip. è baccis an. q.s. his infunde Nucleor. perfic. nucl. cerafor. nucl. mespilor. officular. cynosbat. sem. miliū Salis, sem. paluri, sem. curv. bacc. alkekeng. bacc. fragor. bacc. myriill. an. p. æq.*

Stent aliquādiū in digestione, postea quod tintum est decantetur: novus iterum liquor affundatur, donec omnes vis fuerit extracta: Spiritus decantati & virtute lithontriptica imprægnati destill. l.a. Spiritus prolectus edulcoretur ad modum Aq. vitæ. Transcoletur per manicam. Fl. Elixir.

## 164. Elixir Pneumoniacum D. Heinr. Meybomii.

**¶.** *Gumm. ammoniac. Aloes hepatic. Mirrb. rub. elec. ʒ. i. croc. opt. ʒ. ii. Flor. Sulphuris ʒ. iv.*

Extrahatur c. spir. vin. rectificat. q.s. servetur ad usum.

## 165. Elixir Purgans D. Bern. Herlini.

**¶.** *Gumm. gutt. scammon. elec. coloquint. an. ʒ. ii. aloes succotrin. ʒ. ss. Salis Tartari ʒ. i. ss. spir. vin. optimè rectificat. ʒ. iv.*

M. stent per dies 8, postea coletur & servetur pro usu.

## 166. Elixir Salis ejusdem.

**¶.** *Crystall. Tartari ʒ. mastiches, myrrb. opt. an. ʒ. iii.*

M. Subtilissime pulverisat. affund. Spir. Salis ʒ. i. spir. juniper. ʒ. ss.

Digete in vase bene clauso, & serva pro usu.

## 167. Elixir Venereum D. Tim. à Guldenklee.

**¶.** *Confed. pacifice Myrs. ʒ. ii. Confed. magnanimitat. Confed. satyrii, Confed. alkerm. and ʒ. i. Succolada Ind. ʒ. ii.*

Affun.

Affund. spir. vin. malvat. ad eminent. a. digitorum.

Digerantur in M. B. per dies 7. postea filtrantur per chart. emporeticam, adde Essent. satyrion. ℥. iii. amb. gr. xiii. mosch. gr. ix.

M. & serva pro usu.

Dos. ℥. ii. manè & serd.

### 168. Emplastrum Anodynum D. Barbette.

Recip. Farinæ fabar. micæ panis filigin. an. ℥. iii. coq. ex latte vaccino, adde ol. rosac. ol. violac. an. ℥. i. vitell. ovor. N. iii. pulv. rosar. rub. pulv. scord. an. ℥. i. ss. ceræ q.s.

M. F. Emplastrum.

### 169. Emplastrum Antepilepticum D. Joh. Michaelis.

Recip. Succin. alb. tburis, mastich. an. v. i. ss. galgalban. opopanax. an. ℥. i. visc. querc. ℥. ii. ambr. grys. gr vi. mosc. gr. iii. sem. paon. mar. ℥. ss. ladan. ℥. i. ss. Olei nuc. moschat. parum.

Asperge pulvere cübebarum & extendantur in alu. ta latitud. 8. digitor. & longitud. 15. circiter.

### 170. Emplastrum Antipodagricum D. Andr. Croffelii.

Recip. Olei sperm. ranar. Olei lumbr. Olei anodyn. Myus. an. ℥. i. adipis anserin. medull. crur. vitul. an. ℥. ss. litbargyr. ℥. i. ss. ceruss. Venet. ℥. ii.

Coquantur adde debitam Emplastri consistentiam. Adde sequentia in alio vase prius liquefacta & colata, ut poterit.

M. Pil. de tribus, mastich. thur. an. ℥. i. pulv. sperniol. ℥. iii. camphor. in Oleo ovor. solut. ℥. i. faceb. Saturni ℥. vi.

Fiat omnibus exacte inter se mixtis Emplastrum nigrum anodynum, & nobile, in doloribus arthritici magnum solarium.

### 171. Em-

171. Emplastrum ad Apostema aperiendū D. Morelli.

*Pulv. cantharid. 3 i. ferment. acerr. 3 ss. mucilag.  
sem. psyll. cum aq. rosar. extractt. q.s.*

M. F. Emplastrum.

Cujus particula imponatur tumorī aperiendo.

172. Emplastrum ad Apostemata pestilentialia rum-  
penda Hartmanni.

*Magnetis 3. ss. terebinth. ol. scorpion. an. 3. i. ma-  
stich. succin. myrrhæ rub. sarcocollæ, gumm. ammoniac.  
cantharid. prep. an. 3 ii. resine 3 iv. ceræ 15 j*

M. F. Emplastrum.

Quod super alutam extensum & buboni applica-  
tum, primò emollit, tandem rumpit illum.

173. Emplastrum Arthriticum D. Costeri.

Recip. Cera alb. ol. rosar. an. 3 iii. aq. rosar. acetivini-  
ni an. 3 i. ss. lap. calamin. mastich. an. 3 ss. alb. over. N.  
vi. camphore 3 vi.

F. l. a. Emplastrum.

174. Emplastrum Attractivum ad Bubones Pe-  
stientiales Fabritii.

Recip. Ferment. acerrim. 3 iii. orvietan. 3 ii. pulv.  
bufon. exsiccat. 3 i. Pulv. fol. rutæ 3 ii. mellis q.s.

M. F. Emplastrum.

175. Emplastrum ad Cancrum exulceratum Plateri.

Recip. Gallar. cort. granat. an. 3 i. gypsiusti 3 ii. boli  
armen. 3 i. lithargyr. adm. fossil. an. 3 ss. aristol. rot. 3 ii.  
plumbiusti 3 ii. cineris testarum Canceror. 3 i.

F. Pulvis subtilissimus & ex eo cum melle & Tere-  
binth. massa Emplasti.

176. Em-

176. Emplastrum in Cancro palliativum anodynnum  
D. Fr. Deckeri.

Recip. *Empl. diapalm.* *Empl. diampholyg.* an. 3 ss. opii  
*spir. vin. solut.* 3 i. fuligin. splendid. 3 iv. *Salis volat.*  
*ammoni.* 3 ii. *Malax.* *Oleo solan.* express. q.s.

M. F. Emplastrum.

177. Emplastrum Carminativum Sylvii.

2f Gum. galban. Gum. bdellii, Gumm. ammoniac. an. 3 ff.  
*Tburis masculi, myrrhae rub.* an. dr. ii. opii *Thebaic.* dr. i.  
dissolve in *aceto squillitico*, iterumque inspissatis addē  
*Ceræ citrin.* *colophon.* an. 3 iii. *balsam.* *Peruvian.* *Ol. philosoph.* an. dr. i. *Ol. ceræ dr. ff.* *ol. carvi distill.* 3 ff. *Tere-*  
*binth.* *Ven.* q.s.

M. F. Emplastrum.

178. Emplastrum Cicatricem inducens D. Barbette.

2f *Plumbi*, 3 ii. liquefacto adde *argenti vivi unc.* ii.  
Affunde super chartam. Pulverisatum emplastro de  
plumbo aut diapompholygos misceri potest.

179. Emplastrum contra Clavos D. Strobelbergeri.

2f Gumm. ammoniaci gum. galbani, *Viridisæris ana*  
*dr. ii.* *Oleicheirin.* dr. ii. *ceræ virid.* unc. ff.

Gummata in *acet.* *deft.* *squillitic.* dissolv. F. Empla-  
strum.

180. Emplastrum ad dolorem dentium Riverii.

2f *Nuc. cupress.* *rosar.* *rub.* *sem. nasturtii* torrefact.  
*masticb.* *terreæ sigill.* an. 3 i. ff.

Macerentur in *aceto rosar.* per horas 4. postea sic-  
centur, & adde

*Opii in aq. vite dissol.* 3 iii. *picis naval.* *colophonie* an. 3 i.

E                           ceræ

*ceræ flavæ in oleis expr. sem. hyoscyam. & papav. alb. li-  
quat. q.s.*

F. Emplastrum.

Loco dolenti applicandum.

181. Emplastrum domesticum ad Vulnera Hartmanni.

*24 Colophon. ceræ an. 3 iv. terebinth. lariceæ unc. i.  
Eliquatis super igne lento adde*

*Ung. popul. unc. ii.*

Diligenter misce. His omnibus adde

*Pulv. succini, thuris, mastich. myrræ, aloes an. unc.  
i. Rad. dictam. Rad. gentian. Rad. aristol. rot. ana 3 ii.  
alumin. usci, salis an. 3 vi. camphor. dr. i.*

M. s. a. & efforma in magdaleones; est Emplastrum  
nulli secundum.

182. Emplastrum Febrisfugum D. Cnoffelii.

*24 Terebinth. cypr. unc. i. 3 storac. liquid. unc. 3.*

Quibus in patella cuprea liquefactis, admiscebis  
*Aranear. major. vivar. & in locis mundis capt. N. xx.*

Centundantur & misceantur in tigillo vitreato ter-  
reo, seu in dicta patella cuprea pistilloque ligneo, tam-  
diu, donec araneæ non amplius conspiciantur, & mix-  
tura quasi cinerei coloris appareat. Mixturae parum  
calefactæ adde

*Pulv. bufon. Pulv. pyrii vulg. Pulv. ex capit. serpent.  
parat. an. 3 i. Sal. Ammon. 3 vi. sal. communis sal. cent.  
min. and. 3 3. camphor. 3 ii. fulgin. ex comino q.s. protin-  
gendo, & cum Olei febris fug. nosfr. q.s.*

F. Massa ad consistentiam Emplasti nigerrimi.

Ex hac massa formentur duo Emplastra rotunda ma-  
gnitudinis dimidii Imperialis, quæ Auri seu Argenti-  
foliis obducta, pulsibus manuum utriusque carpi impo-  
nantur, hora una vel altera ante accessum paroxysmi,  
ubi ita reliquatur per novem dies, tunc eadem hora ite-  
rum removeantur, & in flumina proliuantur. Cestum  
est

est quod hoc Emplastrum omnes febres intermitentes  
prælertim autem tertianam notham & spuriā, læpius  
sine adhibitione alicujus medicamenti cohibere solet,  
etiam ipsas febres pestilentiales.

183. Emplastrum pro Fonticulis Andr. Stegmanni.

**¶** Olei veter. ℥ ii. litharg. aur. ceruss. an. ℥ ȝ. colophon.  
resinæ, pic. naval. an. ȝ ii. ceræ albæ, otibani, myrrb. an.  
unc. iv. mumiae, vitrioli alb. corall. rubr. lap. magnet.  
præp. an. unc. ii. mastich. unc. i. linteui detriti ℥ ȝ.

M. F. Emplastrum, quod continuum fluxum excitat & mundificat.

184. Emplastrum ad Herniam D. Barbette.

**¶** Rad. consolid. maj. rad. bistort. an. ȝ i. ȝ. rad. aristol.  
rot. ȝ ii. gallar. nuc. cypress. cort. granat. an. ȝ i. ȝ. Flor.  
balaust. Fl. ros. rub. Fl. quercus ana ȝ ȝ aloes, sang. dracon.  
acacie, lumbric. terrest. siccior. thuris, mastiches,  
myrrhæ sarcocollæ, muniae ana ȝ i. picis naval. colopbo-  
niæ, gypsi usi an. ȝ ii. litbargyr. boli armen. lap. hæmati-  
is, chalyb. præp. an. ȝ i. terebinth. Ven. q. f.

M. F. Emplastrum.

185. Emplastrum Hystericum D. Sydenham.

Recip. Galban. in Tind. Castor. solut. & colat. dr. iii.  
Tacamahac. dr. ii.

F. Emplastrum pro Umbilico.

186. Emplastrum pro Matrice

D. Theod. de Mayern.

**¶** Galban. puriss. ȝ ii. gum. tacamah. gum. carann. de-  
purat. an. ȝ iii. Pulv. comin. pulv. nepetæ an. ȝ i. pulv.  
caryoph. pulv. nuc. moschat. an. ȝ ȝ. bals. Peruv. parum.

F. Emplastrum.

187. Emplastrum Ophthalmicum  
D. Fr. Hoffmanni.

**24** Rad. consolid. major. & minor. an. 15. g. Flor. cha-  
mæmel. Flor. melilot. lut. Flor. croc. an. 3 ii. farin. fabar.  
unc. ii. fæn. Græc. unc. i. ff. butyr. rec. 3 vi.

Coq. l. a. tandem terantur. F. Emplastrum.

188. Emplastrum Purgans admirabile  
D. Andr. Cnoffelij.

**24** Sem. cataput. calocynth. an. unc. ii. Rad. & fol.  
belleb. nigr. rad. & fol. esul. succ. titbymal. succ. cucumer.  
afsin. suc. cucum. agreft. Rad. samb. rec. rad. ebul. an. 3  
vi. aloes hepatic. scammon. an. dr. i. g. terebinth. dr. iii.  
mell. despumat. q. s.

M. F. l. a. Emplastrum seu Cataplasm.

Emplastrum hoc miræ virtutis quondam Sacr. Reg.  
Majestati Vladislaq iv. à Palatino Pomerelliæ Illustr.  
Dn. de Dœhnhof est communicatum, cuius descriptio-  
nem annis superioribus à Dn. Jo. Heckero, Pharmaco-  
pœo Regio, tanquam aliquid singulare & ego accepi.

Primò solvit potenter alvum umbilico impositum,  
enecat vermes, eosque simul cum excrementis expellit  
regioni superiori stomachi applicatum vomitum ciet;  
renibus & lambis, urinam promovet; mammis mu-  
lierum, menstrua follicitat; & abdomini, partum  
facilitat; expellit & ipsum foetum mortuum, si diu-  
tius geratur.

189. Emplastrum ad Res alienas è vulnere exi-  
mendas Avicennæ.

**24** Fermenti, mellis, vel propoleos ana 15 g. visci  
querc. unc. iii. ammoniac. unc. ii. ol. antiquiss. unc. iii.

F. l. a. Emplastrum.

190. Emplastrum Roborans ad Membra Luxata  
D. Barbette.

Recip. *Tburis, mastich. belli Armen. sang. dracon. an-*  
*g. farina molendin. volat. unc. i. rad. consolid. maj. dri-*  
*ii. sevi arietin. unc. iii. ceræ alb. q. s.*

M. F. Emplastrum.

191. Emplastrum ad Scirrhosos tumores

D. Maur. Hoffmanni.

Recip. *Gumm. galban. Gumm. opopanax. an. dr. i.*

Terantur subtilissime, & infund. per 24. horas in  
Aceto *i.in. opt.* postea coque lento igne carbonum, ut  
gummata liquecant, liquefacta cal. per fasscul. traji-  
ciantur & exprimantur. Colatura iterum bulliat in olla  
ad aceti consumptionem, agiteturque, ne combu-  
rantur, & servetur cooperta. Deinde.

Recip. *Olei olivar. 15 ii. cer. nov. 15 3.*

Ponantur in olla vitreata ampla & super ignem car-  
bon. scorsim liquefiant. Post injicitur *Litharg. subtiliss.*  
*pulverisat. 15 3.* & semper agitatur, donec probe mix-  
ta sint, & fiat quasi Rastanien braun. Huic adde *Gum-*  
*prius contus,* & intermisce diligentissimè, cavendo,  
ne nimis effervescat; tandem adjicitur

*pulv. rad. aristol. rot. ver. lap. calaminar. myrrb. tbur.*  
*an. unc. i. & ultimè additur, terebinth. phr. unc. iv.*

M. diligenter agita. F. l. a. Emplastrum: ser-  
vetur usui.

192. Emplastrum Stomachale Cratonis.

Recip. *Ladani 3 ii. ceræ unc. iv. ol. nuc. moschat. 3*  
*iii. mastiches, tacamahac. an. dr. i.*

F. Massa Emplasti Ulum.

193. Emplastrum ad Strumas seu Scrophulas  
D. Barbette.

